



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XI. Markgraf Ludwig bestätigt die Schenkung an einen Altar in Tangermünde, welche mit Hebungen aus Ost- und Westtheeren und 2 Hufen in Calbu von dem Herzoge und der Herzogin von Braunschweig geschehen ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

porare in suarum animarum salubre remedium decreuerunt sinceriter propter Deum. Hoc sane subiuncto, quod nos predictos redditus et mansos cum Domino Hinrico Man visum fuerit expedire, vel immisso qui pro tempore fuerit, cum requisiti fuerimus, libere volumus resignare. In quorum euidentiam sigillum ciuitatis nostre duximus presentibus apponendum. Datum Stendal, anno Domini M. CCC. XXX., in Dominica qua cantatur Letare.

Orig. im Geh. Staats-Archiv. — Gerken's Cod. II, 636—38.

#### X. Vereinigung der Stadt Tangermünde mit der Stadt Stendal vom 9. Oktober 1334.

We Ratman, alt vnnnd nye, in der Stat to Thangermünde, vnde meynheyte bekennen vnde don willich al den, de dessen bref sen vnde horen, dat we gelouet vnnnd gesworen hebben eyne ganze stede Enunghe mit dhen Ratmannen, alt vnd nyen, in der Stat to Stendal, in dessen stucken, de hir na bescreuen stan. Dat irste, dat we willen de alde Enunghe halden, also se is bebreuet. Dat ander, dat me jowelke manne helpe, dat he bi rechte bliue. Dat dritde, dat me ride vnd kome to den dedinghes dagen, de we bescheyden vnde maken. Dat virde, ofte sik jenneghe lude vnder vns tweyden oder scheleden, dat me de vntscheyde vnde vrunde, vnde dat ere scheydinge gehalten werde. Des so wille we kesen vnde setten enen Ratman vnder vs, dhe scal riden mit dhen, dhe sie darto setten, swanne enech not is desser dinghe, dhe hir vnd in der olden Enunghe sind bescreuen. Vort mer, worde enich Man dar tho bescheyden oder gekoren, dat he spreke des landes vnd dher Stede wort, wat me ene heyte spreken; wolde dhen ennich Mann dar vmmen vordenken oder vorunrechten, dhen schole we vordhedinghen vnde behulpig sin alle fines rechtes. Dat we dit ganz vnde stede halden willen, des hebbe we dessen bref beseghelt mit vser Stat ingheseghel to Thangermunde, na Godes bort dusent jar, drehundert jar, in dheme vier vnde dritdichten jare, in sunte Dyonisius daghe des heiligen Mertelleres.

Gerken's Cod. II, 627. 628.

#### XI. Markgraf Ludwig bestätigt die Schenkung an einen Altar zu Tangermünde, welche mit Gebungen aus Ost- und Westheeren und 2 Hufen in Galbu von dem Herzoge und der Herzogin von Braunschweig geschehen ist, am 22. Dezember 1334.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Ludowicus, Dei gracia Brandinburgensis et Lusacie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie, Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, Omnibus Christi fidelibus presenciam visuris seu auditoris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quamuis beatitudinis premium actibus variis et diuersis meritis acquiratur, sane tamen credimus, quod hii precipue merentur creatorem et eternitatis speculum intueri, qui studio



caritalis inflammati procurauerint in misteris sacramentaliter perpetuis temporibus offerre celeste sacrificium deo patri. Igitur ad geste rei sempiternam memoriam recognoscimus publice et ad uniuersorum presencium et futurorum noticiam cupimus peruenire, quod donacioni, tradicioni et assignacioni quorundam honorum et reddituum ad altare Sancte Marie et beate Anne matris eiusdem in ecclesia Thangermund situm, per Illustres principes Ottonem, Ducem Brunfuicensem, et Agnetem, Ducissam, ipsius conthoralem, sollempniter factis ac eorum litteris firmiter roboratis ex deliberato animo et maturo nostrorum consilio consensum nostrum et voluntatem liberaliter adhibuimus seu prestitimus ac presentibus donacioni, tradicioni et assignacioni eidem penitus adhibemus, ipsas quoque nomine nostri nostrorumque heredum et successorum prout in litteris eorundem dictorum conscripte sunt principum presentibus confirmamus. Forma autem literarum per dictos principes super hiis premissis datarum verba continet infra scripta: In nomine domini amen. Cum christiane religionis precipue illorum, quos Deus altissima excellentia pretulit principatus, interesse dinoscatur, per fundacionem et dotacionem beneficiorum ecclesiasticorum in honorem Dei et remissionem peccaminum et in memoriam fidelium ecclesiam Dei, quantum humane condicioni est possibile augmentare; Hinc est quod nos Otto, dei gracia Dux Brunfuicensis, et Agnes, eiusdem gracia ibidem Ducissa et antique Marchie Domina, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod in salutare remedium animarum nostrorum progenitorum et precipue illustris Principis Domini Woldemari, quondam Marchionis de Brandenburg, nec non in salutem animarum nostrarum, de consensu venerabilis patris ac fratris nostri domini Alberti, Ecclesie Halberstadenfis Episcopi, sex frusta reddituum, sita in villa Osttheren, quatuor frusta scilicet in curia Henningi Ellinge filiginis et ordei, et in Westtheren in curia Arnoldi prefecti tredecim modios ordei, in curia Arnoldi de Welle viginti et tres modios ordei et in curia Petri Rudolfi dimidium ordei chorum, libera ab omni precaria et a quacunque exactione quocunque eciam nomine censeatur, et duos mansos liberos ab omni precaria et exactione sitos in campo ville Calebu, quos quondam habebat et possidebat Scherinbeke, ad nos iure domini pertinencia, ad altare fundatum et dotatum in honorem gloriose virginis Marie et beate Anne inclite matris eiusdem, donauimus, tradidimus et assignauimus pleno iure. Renunciantes nihilominus omni iuri quod in ipsis bonis predictis dinoscimur habuisse. Quam donacionem, tradicionem et assignacionem absque cuiuslibet impetitione pro Dei et diuino cultu perpetuis temporibus esse volumus valituram. Quam quidem predicti altaris fundacionem siue dotacionem Nos Ludouicus predictus marchio tali condicione confirmauimus et confirmare decreuimus, quod ipsius altaris collacio denuo post discessum discreti viri Heinrichi, dicti Man, Clerici ad nos heredes et successores nostros legitimos redeat, permaneat et omnimode deuoluatur. In cuius rei testimonium presentes conscribi sigillique nostri appensum iussimus communiri. Datum Kyritz, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quarto, in crastino beati Thome apostoli.

Nach dem Orig. im Ges. Staatsarchive und dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. 17.